

**TERCERA, CUARTA Y QUINTA DECLINACIONES**

187. Magnarum arborum umbra uiatoribus solatium praebet  
188. Caesar Gallias militibus et armis oppugnabit  
189. Viris et mulieribus libertas maximum est bonum  
190. Dux centurionibus auream coronam dabit  
191. Milites Caesarem imperatorem laudabant  
192. In proeliis milites gladiis pugnauerunt  
193. Senatus auctoritatem legibus populi Romani praebebat  
194. Labore fortunam auget agricola  
195. Tribuni plebis leges populi confirmauerunt  
196. In principio non consules, sed reges fuerunt  
197. Filia gladiatori magna tristitia patrem in circo uidebat  
198. Imperator cum copiis castra capiet  
199. Filius senatoris pupam sororis non inuenit  
200. In magistri schola libros scriptorum Romanorum leges et uerba bona  
disces  
201. Diuitiae saepe consulibus, regibus et magnis uiris ruinam praebent  
202. Auaritia libertatem et bonitatem necat  
203. Consules libertatem et pacem defendunt  
204. Humanae societatis uincula sunt amor et amicitia  
205. Virtutem imperatoris laudamus  
206. Victoria fuit populi salus  
207. Principibus populi Caesar uera respondit  
208. Pontifex Maximus religionem Romanam regit  
209. Gladiatores scutis et gladiis in circo pugnabunt  
210. Regibus et principibus ciuitatum Roma pacem dedit  
211. Gladiatores caput galea tegebant, bracchia scuto  
212. Solis lux mundum illustrat  
213. Romani in comitiis consules legebant et praetores  
214. Magna erat auctoritas consulum inter Romanos  
215. Consulibus potestas erat, senatoribus auctoritas  
216. Virtus ducis magna fuit  
217. Populus Romanus consulibus imperium dabit  
218. Necessariae sunt leges ad uitam hominum  
219. Consules uota deis fecerunt  
220. Consulum uota deis placent  
221. Tribuni cum consulibus milites ad bellum uocant  
222. Fabius consul legiones accipit et bellum parat  
223. Mihi bona non erant praetoris uerba  
224. Mihi placent uerba filii Ciceronis  
225. Tibi bona non erant praetoris consilia et uerba  
226. Legiones consulem cognoscunt ac consul milites laudat  
227. Consulis mandata tribuni legionibus dant  
228. Mulieres bona uiris facient  
229. Fortuna me seruum fecit  
230. Prima cohors numero militum reliquas cohortes praecedit  
231. Clara fuit senatoris uirtus.  
232. Pax et bellum contraria sunt  
233. Beneficia pacis magna sunt

234. Tritico et hordeum panes agricolae facient  
235. Inter antiquos fuit panis alimentum bonum  
236. Pastores in silua pulchrarum arborum ambulabunt  
237. Videtis hostes in proelio et ciues in foro  
238. Videre non possum seruos et uxorem senatoris  
239. In oppidi expugnatione incendia multa uidemus  
240. Heluetii reliquos Gallos uirtute praecedunt  
241. Magna bona sunt hominibus libertas et ueritas  
242. In ripis fluminis arbores colent agricolias  
243. Pisces in flumine multi sunt  
244. Imperator flumen legiones traducit  
245. Graues sunt matribus morbi filiorum  
246. Nationes ac populi a Romanibus pacem et concordiam petiuerunt  
247. Laetae tristesque fabulae puellis placent  
248. Bella intestina omnibus ciuibus ruinam praebent  
249. Principes et reges finitimarum nationum cum Caesare agebant  
250. Iudices semper bona et iusta inuenient  
251. Rex princeps erat ciuitatis et iudex hominum mulierumque  
252. Vir bonus uerba poetarum audiet  
253. Caesar cum quinque legatis in castra uenit  
254. Hannibal cum Romano imperatore acriter pugnauit  
255. Consul uerba senatorum audiuit  
256. Non ui et celeritate magna facimus, sed sapientia et habilitate  
257. Strenuus miles gladio et scuto pugnabat  
258. Ariouistus copias suas in castra ducet  
259. Lex est humanae societatis uinculum  
260. Germani non frumento, sed lacte ac hordeo uiuunt  
261. Pedites atque equites in bello arma telaque portabant  
262. Milites magna audacia pugnauerunt locumque defendenterunt  
263. Pauca habemus, sed multa speramus  
264. Romanorum copiae ad aduersariorum oppidum appropinquauerunt  
265. Romani milites in oppidi oppugnatione magnos labores ferebant  
266. Paucorum improbitas saepe calamitas multorum est  
267. Centurio amicum Claudiae uidere non poterant  
268. In Marci horto multi pueri et puellae amicos Petri inuenire possunt  
269. Magister eris et grammaticam disces  
270. Exemplum improbi uiri pueris periculosest  
271. Magnus numerus seruorum uiro modesto molestus est  
272. Parua saepe scintilla magnum excitat incendium  
273. Equites magnum peditum numerum interficiunt  
274. Veritas odium generat  
275. Ratio et uerba conciliant uiros  
276. Historia est lux ueritatis, uita memoriae, magistra uitae  
277. Non est salus sine uirtute, neque uirtus sine labore  
278. Pauca uerba, sed grata, dixit senatoribus consul  
279. Romanus miles caput galea tegebat, sinistro bracchio scutum tenebat  
280. Gladiator bene pugnauit et cum gladio aduersarium uulnerauit  
281. Marcus et Claudius gladiatores amici mihi et tibi sunt  
282. Imperator in castris milites reliquit  
283. Magna sclera tua iudices iudicabunt

284. Legit magister opera mea omnia  
285. Germani Romanum genus proelii non cognoscebant  
286. Fregit filia iudicis pupam fratris  
287. Lux solis siluas obscuras illustrat  
288. Pontifex maximus caput Romanae religionis fuit  
289. Vxor imperatoris patrem et matrem senatoris uisitabat  
290. Vmbram magnam saepe paruae arbores hominibus praebent  
291. Scaeuela nobis sermonem Laelii de amicitia exposuit  
292. Hostes uobis se dederunt et uobiscum pacem fecerunt  
293. Librum magnum amico scripsi de senectute  
294. Bella humano generi angorem adferunt  
295. Pallida mors aequo pede pauperum tabernas et regum turres pulsat  
296. Multitudo hominum mulierumque latronem quaerebat  
297. Inquietum est cor uirorum  
298. Multa itinera in oppidum ducebant  
299. Similia sunt consuetudo et mos  
300. Ciuitas atque potestas nomina tertiae declinationis sunt  
301. In castra duxit pater senatoris magnam multitudinem hominum  
302. In arborum cacuminibus saepe fulmina cadunt  
303. Tibi misit pecuniam gladiatoriis  
304. Amor et laetitia sal uitae sunt  
305. Nomina latronis dicere non possum  
306. Equites Caesaris pontem fregerunt  
307. Cras accipies litteras auguris  
308. Non mihi placent litterae Caesaris  
309. Caesari dederunt ciuicam coronam  
310. Ars longa, uita breuis  
311. Discipuli Ciceronis opera Horatii omnia legerunt  
312. Nouae leges consulis populo et nationi pacem praebebunt  
313. Mihi fuit gratum audire orationem Scipionis  
314. Carmen tibi composuit tenerum ac gratum  
315. Tempus magnos humanos dolores leniet  
316. Non mihi placet fuga temporis et annorum  
317. Breuis et tristis fuit uita mancipii  
318. Hostium genus uitae non bene Romani cognoscebant  
319. Voces pastorum uitatores in siluis audiuerunt  
320. Pulus et umbra sumus  
321. Similis est honos oneri  
322. Onus est honos  
323. Pacis condiciones hostibus durae fuerunt  
324. Caesaris legiones terrestres inimicorum copias uicerunt  
325. Rex numerum senatorum duplicauit et ludos Romanos instituit  
326. Hostes aedificauerunt urbis moenia  
327. Cicero multas epistulas familiaribus amicisque scripsit  
328. Milites ex munitionibus eruptiones multas fecerunt  
329. Exercitus duces copias omnes in aperto loco instruxerunt  
330. Magnarum urbium origines saepe humiles fuerunt  
331. Cum Caesare foedus fecimus et amicitia Caesaris nobis bona et honesta fuit  
332. Omnes senatores ad forum aderant

333. Magnam altitudinem murorum nostrae urbis uidemus  
334. Sapientia aedificauit sibi domum  
335. Duces nostri cum multis nauibus in hostes processerunt  
336. Tarquinius Superbus cum uxore et liberis suis fugit  
337. Omnes boni ciues leges iustas parebunt  
338. Ceruuus uelocium canum turbam uitauit  
339. Pastor cum ouibus in colle manebat  
340. Milites ducesque patriam, leges pacemque semper defendant  
341. Tempus fugax est et irreparabile  
342. Claros magistros antique ciuitates honorabant magna laude  
343. Vetus gigas saxa magni ponderis portabat  
344. Crassus arma obsidesque accepit  
345. Marcellus contionem saeuam atque acerbam apud milites habet  
346. Heluetii per agrum Sequanorum profugere constituant  
347. Tauro cibus herba est  
348. Pluua in impluuium cadebat  
349. Homerus et Hesiodus clari poetae Graeci erant  
350. Hannibal Saguntum, foederatam ciuitatem, ui expugnauit  
351. Galli ad prouinciam Romanam iter fecerunt  
352. Catilinae bella intestina, rapinae, discordia ciuilis grata fuerunt  
353. Prudentissimus omnium hominum Socrates fuit  
354. Paris Helenam, uxorem Menelai, Spartanorum regis, rapuit  
355. Aues in aere, pisces in fluminibus et in riuis spectamus  
356. Mancinus consul cum Numantinis pacem fecit infamem  
357. Transit umbra, sed lux permanet  
358. Milites urbis imperator laudauit  
359. Pecudum nobilitas in ualido corpore consistit, hominum in bonitate morum  
360. Canis thesaurum in agro inuenit  
361. Caedes hostium et audacia militum Romanorum uictoram praecaram  
Caesari  
dederunt  
362. Erat oppidum Alesia in colle summo  
363. Centuriones erant duces cohortium Romanorum  
364. Origines fontium et fluminum in montium uerticibus sunt  
365. Cena splendida et prandium modicum erat  
366. Cato in Sicilia ueteres naues longas reficiebat  
367. Malus ciuis, improbus consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit  
368. In toto orbe terrarum paucos fortis uiros uidebitis  
369. Romulus omnes uicinas nationes bello terrestribus proeliis uicit  
370. Omnia flumina atque omnes riuos Caesar aut auerterat aut magnis  
operibus  
obstruxerat  
371. In Gallia Druides de omnibus controuersiis diligenter constituunt  
372. Britanni cibum laudauerunt, Romani uinum  
373. Multi spectatores gladiatorem incitabant, pauci leonem  
374. Sacerdos templum, poeta tabernam quaerebat  
375. Iuuenis taurum ducebat, puella equum  
376. Nox erat et caelo fulgebat luna sereno  
377. Non timet ingentes iuuenis fortissimus undas  
378. Senatoribus spectatores omnia narrauerunt

379. Gratias egerunt consules seruis  
380. Vxori mercator nihil legauit  
381. Omnes ciues ad amphitheatrum festinabant  
382. In media pompa ambulabant septem captiui  
383. Miles puero gladium ostendit  
384. Senex ingenti corpore prope ianuam stabat  
385. Iuuenis patri aurum tradidit  
386. Ancilla hospitibus uinum effundebat  
387. Latro mercatori denarios eripuit  
388. Fures mihi omnia abstulerunt  
389. Seruus nobis ianuam aperuit  
390. Fur sub mensa se celauit  
391. Captiui se interfecerunt  
392. Puella sibi equum emit  
393. Galba e rure redibat et forum cum parentibus petebat  
394. Germani trans Rhenum in suos uicos remigrauerunt  
395. Cato de agri cultura scripsit  
396. In omni legione erant tria genera peditum: hastati, principes et triarii  
397. Plena errorum sunt omnia  
398. Catilina per montes asperos iter faciebat  
399. Magna pars mulierum gemmas hostibus dediderunt  
400. Graecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, debitor sum  
401. Epistula fuit utilis tibi, mihi iucunda  
402. Auus nepotibus fabulas narrat  
403. Rex Darius contra Graecos Mardonium, generum suum, misit, sed in Italiam uenit  
404. Voluptas est inimica virtutis.  
405. Virtutem militum laudamus, nam pedites equitesque strenue pugnant.  
406. Utilitas saepe cum honestate certat.  
407. Celeritas virtusque saepe militibus victoriam dat.  
408. Iudices, inter arma silent leges.  
409. Iustitia virtutum regina fuerat.  
410. Militum duces leges pacemque defenderunt atque ducum vox ad victoriam milites saepe duxit.  
411. Auctoritas ducum magna erat inter equites peditesque.  
412. Mala iuuentus miseram senectutem gignit.  
413. Fratres pares in amore sunt.  
414. Sidera caelum illustrant.  
415. Pastores Romani uxores non habebant, sed mulieres vicinarum civitatum rapuerunt.  
416. Inter densas arbores venatores multi erant.  
417. Crudelitatis mater est avaritia.  
418. Veritas temporis filia est.  
419. Hieme Caesar legiones in hiberna reducit; aestate agmen legionum ad oppugnationem munitionum ducit.  
420. Fortitudo est dolorum laborumque contemptio.  
421. In pace leo, in proelio cervus est.  
422. Homo homini saepe lupus est.  
423. Carmina tua magna delectatione legimus.  
424. Tempus delet urbium moenia et hominum stirpem.

425. Nubes montium cacumina saepe occultant.  
426. Ira furor brevis est.  
427. Humum gravi aratro agricolae laborant.  
428. Tempus breve erit.  
429. Milites audaces fortiter pugnant.  
430. Homo loquax fictas fabulas imprudenti ore narrabat.  
431. Homo brevi corpore est.  
432. Cervus velocium canum turbam vitabit.  
433. Sub dulci melle impia venena latent.  
434. Virorum sapientium consilia utilia sunt.  
435.. Catonis, sapientissimi illius uiri, senectus mirabilis fuit  
436. Multi ex ueteribus exercitibus spe praemiorum ad Caesarem uenient  
437. Ciues Romani arcubus aditum Romae ornauerunt  
438. Cornua ceruum a periculis defendunt  
439. In certis diebus Romani arcubus aditum Romae ornabant  
440. Postero die Petreius cum paucis amicis in forum uenit  
441. In planicie Romanorum equitatus inimicorum acies fugabat  
442. In cornu dextero sociorum equitatus per multas horas resistebat  
443. Marcus sinistra manu arcum retinebat  
444. In tauri cornibus molestas muscas uolant  
445. Serui dominis manus ostendunt  
446. Peditatus equitatusque hostium impetus frangent.  
447. Omnes cives magistratibus parebunt.  
448. Senatus magnum exercitum in hostes mittet.  
449. Aestate agricolae ab ortu solis usque ad occasum laborabunt.  
450. In dextro cornu exercitus equitatum collocabis.  
451. Discordiarum inter cives exitus est aut omnium interitus aut victoris dominatus.  
452. Senatus magnos honores tribuet exercitui post redditum in urbem.  
453. In omni re uincit imitationem ueritas  
454. Ad multas res utiles Aristotelis libri sunt  
455. Sexto die nuntius ad uillam uenit  
456. Senatus rem publicam consulis fidei commisit.  
457. Catilina fuit homo sine re familiari, sine fide, sine spe.  
458. Fatum est inmutabilis ordo seriesque rerum.  
459. Cives impi pernicie rei publicae paraverunt atque ea re multi boni cives cum magna rei publicae pernicie in acie ceciderunt.  
460. Spes et fides magnae virtutes semper fuerunt.  
461. Annus est longa series dierum et noctium.  
462. Diebus festis res asperas non agemus.  
463. Res humanae fragiles et caducae sunt.  
464. Res publica est res populi.  
465. Thucydides res gestas Graecorum narravit.  
466. Legiones magna vi pugnaverant castraque acriter defenderant.  
467. Milites magna audacia pugnaverunt locumque defenderunt.  
468. Ruri multas capras bovesque vidistis.  
469. Nostri in suis agris adversariorum copias videbunt.  
470. Nos neque aurum neque argentum habebimus, sed nos aurum et argentum numquam vicent.  
471. Tua dicta mihi grata sunt, sed facta mihi non placent.

472. Ego laboro; tu semper otiosus es.  
473. Caesar equitatum omnem in cornibus collocaverat.  
474. Romani multas res utiles in Hispaniam importaverunt.  
475. Imperator equitatum omnem in cornibus collocat.  
476. Romanae legiones prima luce castra movebunt.  
477. Barbari legatos ad Caesarem mittunt.  
478. Milites legionis septimae locum capiunt hostesque ex silvis expellunt.  
479. Legiones magna audacia locum defenderant.  
480. Imperator insidias hostibus paraverat eorumque adventum exspectabat.  
481. Hostes pacem petierunt..  
482. Dominus servo litteras dat servusque litteras ad domini amicum portat.  
483. Per figuram animalium Aegyptii sensus mentis effingebant  
484. Apes in alta ficerant quercu fauos  
485. Natura sensibus adiunxit rationem  
486. Auaros homines non solum deprauatos sed etiam miseros existimamus  
487. Omnes humanos sanat medicina dolores: solus amor morbi non amat  
artificem  
488. Tuas quotidie litteras laetus exspectabo  
490. Antiqui Homerum caecum putabant  
490. Agricola laetus mala et pira matura in horto spectat  
491. Romulus nouum oppidum Romam nominat  
492. Agricolae pluuiam deorum donum putabant  
493. Hannibal princeps in proelium ibat  
494. Pythagoras sapientiae studiosos appellat philosophos  
495. Solon sapientissimus fuit et legum scriptor solus  
496. Sapientes soli contenti sunt rebus suis  
497. Existimo bonos beatos, improbos miseros  
498. Laetus cantabat arator in medio opere  
499. Frater tuus primus aduenit, ultimus discessit  
500. Rex atque amicus appellatus erat.  
501. Camillus dictator dictus est.  
502. Ancus Martius a populo rex creatus est.  
503. Avaros homines non solum malos, sed etiam miseros iudicamus.  
504. Epaminondas omnem civilem victoriam funestam putabat.  
505. Ennius sanctos appellat poetas.  
506. Antiquis temporibus magni duces exercitibus praeerant  
507. Themistocles in pugna Salaminae Atheniensium classi praererat  
508. Fuit haec oratio non ingrata Gallis  
509. Marcus, Tiberii filius, patri similis erat  
510. Est mihi nauis ingens  
511. Sunt mercatori multae gemmae  
512. Erat nobis nulla spes  
513. Senecae et multae et magnae uirtutes fuerunt  
514. Mater tua irata est mihi  
515. Tu es mihi optimus magister  
516. In bello consules exercitibus praeerant  
517. Sueborum gens est bellicosissima Germanorum omnium  
518. Pueri saepe ingenii dissimillimi sunt  
519. A Gallorum finibus longe absumus

520. Ex tribus legionibus unam in Africam misit, alteram cum Hasdrubale fratre  
in

Hispania reliquit, tertiam in Italiam secum duxit

521. Hominum uita plurimum distat a uita bestiarum

522. Domitius naues seruis, libertis, colonis compleuit

523. Amicus noster summa laude dignus erat

524. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum

525. Afranius Ilerdam paucis diebus peruenit

526. Fossa erat quinque pedes alta

527. Mensa quinque pedes longa est

528. Pueri per triduum iter fecerunt

529. Milia passuum tria ab eorum castris castra posuit

530. Aristoteles uir summo ingenio fuit

531. Tullius uir humili statura et oculis nigris erat

532. Miltiades urbem operibus clausit priuauitque omni commeatu

533. Medici puellas a morbo liberauerunt

JESÚS SAIZ EN EL IES ZORRILLA. VALLADOLID